

contenderet, ac si quis nequaquam recte per modum philosophia peculiarem coniectare posset, nisi in ijs, quæ penitus manifesta essent. Proinde distantia prior, ea inquit, quæ ab Euphrate ad lapideam est turrim, octingentorum septuaginta sex schoenorum, propter viarum diuerticula, ad octingentos schoenos tantum, stadia uero uiginti quatuor milia contrahenda est. Credat enim ei, quod in continuitate illa, & per partes cōmensuratas, iamque peragratas, uera assequutus sit dimensionē, quod uero diuerticula habeat plurima, ex ijs manifestū est, quæ Marinus ipse supponit. Concedat enim uia, quæ ab Euphratis traiectu p̄ Hieropolim est ad Tigrim, & inde per Garameos Assyrię, & Mediam in Ecbatanas, & portas Caspias, per Parthiā p̄ Hecatonpylū, incidere circa parallelū, qui per Rhodū transīt: nam ille secundū ipsum etiam per dietas scribit regiones. Vīa tamē, quæ ab Hecatonpylo in Hyrcanīā ciuitatē ducit ad septentrionē declinare necesse est, quā Hyrcania ciuitas, quodāmodo in medio posita sit parallelū, qui per Smyrnam, & eius qui per Hellespōtū est. Quapropter is qui Smyrnā transit, super ipsam Hyrcanīā regionē scribēdus est, q̄ uero per Hellespōtū, per partes australes maris Hyrcani, quæ partū septentrionalib[er]es sunt, q̄ eiusdē nominis ciuitas. Rursus uia ab hac in Margianā Antiochiā per Ariam, primo quidē ab Aria, q̄ sub eodē parallelo sita est, qui per Caspias trāsit portas, ad meridiem declinat: inde ad Arctos, quum Antiochia illa collocata sit sub parallelo, qui per Hellespōtū transit, a qua, uia quæ ad Bactra dicit, protēditur ad ortum: quæ uero inde sequitur ad ascēsum regionis mōranae Comœdorū ad septentriones. At illa, quæ per montana ipsa est, usq̄ ad uallē, quæ cāpestria excipit, ad meridiē tendit. Siquidē Borealia & occidentalissima mōranae regionis, ubi est ascensus, sub eo parallelo ponit, qui per Byzantū transit. Australia autē, & quæ ad ortum uergunt, sub eo qui per

Hellespontum. Quapropter illam tradit reciprocā esse, ita ut modo ad ortum uergat, mox & ad austrum. Inde uiam, quæ ad turrim usq̄ est lapideam schoenorū quinquaginta ad arctos declinare par est. Etenim uallem, inquit, ascendentes lapidea excipit turris, à qua montes qui ad ortum tendunt, monte coniungit Imao, qui à Palimbrotis insurgit ad Arctum. Si igitur partibus sexaginta, quæ ex uiginti quatuor milibus colliguntur stadijs, quot à turri lapidea usq̄ ad Seras sunt, partes adiiciantur quadraginta quincę & quarta, interstitiū ab Euphrate ad Seras usq̄ per Rhodū parallelū partium erit cētum quincę & quartę unius. Quinetiam ex ijs quæ ipse per particularem stadiorū numerum, tanquam sub eodem parallelo supponit colligitur distantiam, quæ est à meridiano insularū Fortunatarū, usq̄ ad Sacrum Hispanię promontorium, partium esse duarum & semis. Hinc ad Bætis ostia, & Calpem utrinque pariter partes duas & semissem: quæ uero sequitur ab ostijs Bætis Carrallim usque Sardinę, partes esse quinque & uiginti. A Carallis autem in Libyaeum Sicilię quatuor & semissem, ac inde ad Pachynum tres, rursusque à Pachyno in Tenarū Laconię partes decem. Inde Rhodum octo & quartam, à Rhodo uero ad Issum undecim cum quarta. Ab Isso autem ad Euphraten duas ac semissem, ita ut tota hec distantia partium esse septuaginta duarum colligatur. Lōgitudo uero totius terrae cognite à meridiano per insulas Fortunatas, usque ad Seras partū centum 70. septem cum quarta una. [

In caput duodecimum annot.

In hoc duodecimo capite Ptolemaeus examinat distantiam itineris, quæ est à Lapidea turri usq̄ ad Seras, quā Marinus posuerat 36200. stadiorum, inuenitq̄ eam duntaxat existere 22625. stadiorū, quæ faciunt gradus 45. & quartam unam, respondebilib[er] scilicet uni gradui stadijs quingentis. Porro iter illud cōfiendum est sub parallelo Byzantino: iter aut quod est à Turri ad Seras, sub parallelo Hellespontio est faciendum. Discutit proinde